



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno MCLXXXI. ad annum MCCCXIV.

Parisiis, 1644

Concilivm Aschaffenbvrgense Provinciale Svb Praesidio Gerardi Moguntini
archiepiscopi celebratum anno Domini MCCXCII. post obitum Nicolai papae
quarti, tempore interregni pontificii.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15974

CONCILIVM

ANNO CHRISTI 1191.
ASCHAFFENBURGENSE
PROVINCIALE SVB PRÆSIDIO
Gerardi Moguntini archiepiscopi celebratum anno
Domini MCCXCII. post obitum Nicolai papæ quarti,
tempore interregni pontificii.

NOTA

Concilium.] De hoc Concilio ita Trichemius in chronico Hirfau-
gienti: Anno præscripto Gerardus archiepiscopus Moguntinus Syno-
dum prouincialem suffraganeis & prelatiis suis in Aschaffenburg ce-
lebrandam indixit, ubi conuenerunt episcopi Eistetensis, Spirensis, Au-
gustensis, Herbiolensis, Bambergensis, Hildesheimensis, & Vormati-
ensis, cum aliis multis abbatibus, præpositis, decanis atque presbyteris,
qui multa & varia in negotiis ecclesiasticis utilia statuerunt.

VITA

ANNO CHRISTI 1194.
CÆLESTINI PAPÆ V.

CÆLESTINVS V. anachoreta, Eferminus, Petrus Mo-
roneus ante dictus, qui in monte Maiella non procul
a Sulmone solitariam vitam agebat, vir sanctissimæ con-
uersationis, a quo Cælestinorum ordo sumpsit initium,
post interregnum biennii & quatuor mensium diuina
tandem ordinatione in papam electus est Nonis Iulii, an-
no 1194. tempore Adolphi imperatoris: vt Perusium pro-
ficisceretur cardinales suaserant, verum, quia aliam Ca-
roli regis sciebat esse voluntatem, Aquilam se conuertit:
vbi receptus & coronatus est, incredibili hominum fre-
quentia propter rei nouitatem eodem confluenta. Cardina-
les duodecim creauit, homines maximi meriti, inter
quos duo eremita fuerunt. Verum cum & propter one-
ris magnitudinem & rerum inexperientiam parum ido-
neus huic fastigio sibiipso videretur, abdicare se magistra-
tu constituerat. Adeo namque facilis & benignus erat, vt
nihil vnquam vlli petenti recusaret, & quandoque duo-
bus idem annueret. Quod abdicationis consilium tam ve-
hementer vrgebat & promouebat cardinalis Caietanus,
Concil. Tom. 28. Qqqq